

# PROGRAMM

des

## Stadtgymnasiums zu Stettin.

**Ostern 1876.**

### INHALT:

1. Die Gesta Priorum des Liber Sancti Jacobi, der älteste chronikalische Rest Stettins, zum ersten Mal veröffentlicht von Dr. Georg Haag.
2. Jahresbericht, vom Director.

---

**Stettin, 1876.**

Druck von Herrcke & Lebeling.

1876. Progr. Nr. 105.

# PROGRAMM

## Städtgymnasiums zu Stettin.

Ostern 1876.

### INHALT:

1. Die Geom. Proben des Lehrers Bredt, der Abtheilung des Städtgymnasiums zu Stettin, im ersten Halbjahre von Dr. Georg Hartig.
2. Jahresbericht von Director

Stettin, 1876.

Druck von Bredt & Co. in Stettin.

Die Handschrift des liber sancti Jacobi ist ein papierner Codex in der Bibliothek der St. Jacobikirche zu Stettin; diese Handschrift enthält vor Allem ein im Jahre 1468 angelegtes Copiarium der die Jacobikirche betreffenden Urkunden; darauf folgen kurze Aufzeichnungen über das Leben des heiligen Benedict, über die Heiligen Heinrich II. und seine Gemahlin Kunigunde, über den Pommernapostel Otto von Bamberg, dann eine Aufzählung derjenigen pommerschen Fürsten bis auf Barnim III. und Swantobor III. herab, welchen die Kirche Zuwendungen verdankte, endlich längere Mittheilungen über die Prioren von St. Jacobi zu Stettin. Das in dieser Handschrift befindliche Diplomatarium ist schon von verschiedenen Forschern ausgenutzt. Die Erzählung über Heinrich II. und seine Gemahlin ist grossentheils wörtlich aus der von Adalbert verfassten *vita Heinrici II.* und besonders aus cap. 23 und 24 genommen<sup>1)</sup>.

Die kurze Lebensbeschreibung des heiligen Otto, welche sich hier findet, ist theils aus der von Herbord, theils aus der von Ebo verfassten Otto-Biographie geschöpft. Fälschlich meint Köpke<sup>2)</sup>, da wo die Worte „ut gesta sua indicant“ im liber sancti Jacobi stehen, werde Ebo citirt. Gerade wo diese Worte sich finden, ist Herbord benutzt; denn nur Herbord lässt, wie das liber sancti Jacobi, den heiligen Otto die zweite Missionsreise mit 50 Wagen unternehmen, s. Herbord III. 1<sup>3)</sup>. Ebo III. 3<sup>4)</sup> spricht von 30 Wagen. Noch an andrer Stelle, wo das liber sancti Jacobi eine Quelle mit den Worten *ut gesta sua canunt* andeutet, ist wiederum Herbord diese Quelle. Denn nur Herbord bietet die dort gegebene Nachricht, dass Otto bei schwerer Krankheit in die Hand des Abtes Wolfram vom Kloster Michelsberg in Bamberg das mönchische Gelübde abgelegt habe<sup>5)</sup>. Dass Ebo benutzt ist, zeigt die Erzählung über den Aufenthalt des Abtes Wolfram in Hirschau. Nur Ebo hat diese Erzählung<sup>6)</sup>.

Schon die Herausgeber des *Codex Pomeraniae diplomaticus*<sup>7)</sup> trugen kein Bedenken den Prior Theodericus, der in der Einleitung des Buches significant als im Jahre 1468 lebend erwähnt ist, für den Schreiber dieser Handschrift und somit auch für den Verfasser der nach-

1) Mon. Germ. hist. SS. IV. p. 806—807.

2) Mon. Germ. hist. SS. XII. p. 731 Anm. 94.

3) Jaffé Mon. bamburg. p. 790.

4) Jaffé a. a. O. p. 656.

5) Herbord I. c. 30. Jaffé a. a. O. p. 726.

6) Ebo I. 19 (20). Jaffé a. a. O. p. 606. 607.

7) *Codex Pomeraniae diplomaticus* Einleitung p. X. XI.

träglich angehängten chronikalischen Aufzeichnungen zu nehmen. Das liber sancti Jacobi zeigt bis zum Jahre 1487 ein und dieselbe Handschrift. Von diesem Jahre ab bekundet sich eine andere Hand. Wiederum von anderer Hand ist das Fragment einer Urkunde des Bischofs Henning von Camin auf dem letzten beschriebenen Folioblatte.

Eigenthümliche, anderswo nicht vorhandene Nachrichten sind unter den chronistischen Aufzeichnungen des liber sancti Jacobi eben nur in diesem Berichte über die Prioren unserer Kirche enthalten, daher nur diese eine Veröffentlichung hier verdienen. Quellen für diese Nachrichten waren die im Diplomatarium gegebenen Urkunden dieser Kirche, endlich ältere Aufzeichnungen über die Prioren, welche als Gesta Priorum bezeichnet sind. Die unten veröffentlichten Nachrichten füllen Blatt 53 bis Blatt 72 der Handschrift.

Benutzt sind die von mir zu veröffentlichenden Nachrichten meines Wissens nur von zwei pommerschen Schriftstellern, von Cramer in seinem pommerschen Kirchenchronikon, der daraus einen Catalog der Prioren an St. Jacobi<sup>1)</sup> zog, dann von Hering in seinem vortrefflichen Programm: Beiträge zur Topographie Stettins in älterer Zeit. Stettin 1843.

Die Frage, ob dies liber sancti Jacobi identisch sei mit dem von Microelius erwähnten chronikon Jacobaeum dürfen wir durch die Erörterung im Codex Pomeraniae diplomaticus<sup>2)</sup> über die vorliegende Handschrift als abgeschlossen betrachten. Kein pommerscher Forscher zweifelt heute mehr an dieser Identität. Ich bemerke nur, dass der Mythos, das chronikon Jacobaeum sei durch Brand im Jahre 1677 zu Grunde gegangen, zuerst von Balthasar in dem Vorwort zu seiner Ausgabe der Bugenhagenschen Pomerania (incendio periisse videtur) in die Welt gesetzt ward.

Beschrieben ist das liber sancti Jacobi von Oelrichs<sup>3)</sup>, dann von Böhmer<sup>4)</sup>, endlich im Codex Pom. dipl., auf welche letzte Beschreibung ich einfach verweise.

Eine Ausgabe dieser Nachrichten mit sachlichen Anmerkungen verspare ich für die Gesamtausgabe der pommerschen Chroniken, welche Seitens des Vereines für pommersche Geschichte bevorsteht.

Modo ad ordinem sive catalogum priorum tendentes iam premonemus, quod a tempore fundacionis ipsius prioratus et ecclesie sancti Jacobi, que facta fuit anno domini M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> LXXXVII<sup>o</sup> anno domini Clementis tercii pape primo et Frederici primi imperatoris anno xxxv<sup>o</sup> nullum reperio priorem suo nomine proprio notatum usque ad tempora Clementis quarti pape, quo rexit ecclesiam sancti Jacobi Teyno prior, ut patet in conquesto quodam quod idem Teyno contra Johannem rectorem ecclesie sancti Petri et canonicum beate virginis impetravit, et datum fuit anno Clementis quarti 3<sup>o</sup> hoc est anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> LXVIII<sup>o</sup>. Sed certum est tamen et antea continue conventui presedissee priores. Hoc testatur non tantum de priore sed eciam de toto conventu ille gloriosus decretalium auctor, Gregorius nonus, papa in privilegio quodam, quod dedit priori et conventui sancti Jacobi in Stetin, in quo recepit priorem et conventum, res et monasterium sancti Jacobi Stetinense sub protectionem sancti Petri et apostolice sedis. Cuius tenor superius habetur folio<sup>5)</sup> et datum est pontificatus sui anno VII<sup>o</sup>, hoc est anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XXXII<sup>o</sup>. Sed iam ad narrationem veniamus.

1) Pommersches Kirchenchronikon II. 50. —

2) Cod. Pom. dipl. Einleitung p. X. XI.

3) Entwurf einer Bibliothek zur Geschichte der Gelahrtheit in Pommern p. 98—101. —

4) De Pomeranorum historia literaria. Berolini 1824. p. 25. 26. —

5) Im Text ist die Zahl nicht ausgefüllt. Dies Privilegium steht auf f. 20.

Anno domini M<sup>o</sup> O<sup>o</sup> LXXXVII<sup>o</sup> duo fratres monachi de monte sancti Michaelis in Babenberg, quorum unus fuit custos ibidem, susceperunt ecclesiam Scti Jacobi in Stetin, fundatam et oblatam a Beringero, cive Babenbergensi, cum consensu Boguslai et Kazemari ducum, Anastasie ducisse, matris eorundem, Wartzlai vice domini et omnium optimatum terre pomeranice, sanctissimo Ottoni Pomeranorum apostolo et monasterium<sup>1)</sup> sancti Michaelis eo quod ipse ibidem requiescit. Facta sunt hec sub Clemente tercio papa, anno eius primo et Frederico primo imperatore, anno eius xxxv<sup>o</sup>, ut scribit Sigifridus, episcopus Pomeranorum, qui eandem donationem confirmavit, sepulturam et baptisterium concessit et ecclesiam ipsam in habitaculum monachorum dedicavit cum consensu generali omnium et nulli ecclesie nisi monasterio scti Michaelis in Babenberg subiectam esse voluit et si ut testatur Sigwinus successor eiusdem eandem ecclesiam per plenarium sacramentum in manus custodis monasterii scti Michaelis de Babenberg, qui tunc presens aderat, quatenus deferret donum pomeranice gentis in ius perpetuum monasterio scti Michaelis, delegavit. Cuius ecclesie postmodum cimiterium et altare Sigwinus episcopus, successor Sigifridi consecravit. Hec omnia habentur in tribus privilegiis sc. Sigifridi et Sigwini antistitum Pomeranorum et Anastasie ducisse pie memorie et habentur supra foliis<sup>2)</sup>).

Anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XXX<sup>o</sup>, Honorii pape tercii anno V<sup>o</sup> et Frederici secundi imperatoris anno VI<sup>o</sup> presedit huic loco frater Hinricus, monachus monasterii sancti Michaelis babenbergensis et procurator ecclesie sancti Jacobi Stetinensis. Hic eodem anno recepit donationem ville Mandelkow, que tunc dicebatur Brandergow more slavico, de manu Anastasie pie memorie ducisse, relicte vidue domini Boguslai primi et matris Boguslai secundi, quam donavit ecclesie scti Jacobi in Stetin, quam donationem sine reclamacione ullius cum omni tranquillitate in usus eiusdem ecclesie idem frater Hinricus procurator, ut decebat, redegit. Idem Hinricus procurator recepit villam adiacentem Mandelkow, nomine Warrimich, a Boguslao secundo, filio Anastasie, quam idem Boguslaus deo et sancto Jacobo apostolo multa fide obtulit in lecto egritudinis, astante Barnym primo, filio suo, adhuc puero ac venerabili Conrado episcopo secundo astipulante, ut habetur in privilegio Anastasie ducisse, quod habetur supra folio tercio<sup>3)</sup>. Et sic habitis predictis bonis prioratus et conventus scti Jacobi sumpsit initium in Stetin, et per procuratores, qui primo ut per locum nostrum administrabant, prelatura prioratus conventualis et tocius civitatis in Christianismo primo exordium habuit, a sede apostolica confirmata et approbata et sub protectionem eiusdem recepta successivis convalere cepat incrementis, ut in sequentibus edocebitur luculenter.

Anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XXXII<sup>o</sup> sub Gregorio nono papa et Frederico secundo imperatore presedit huic loco prior, cuius nomen proprium, quia non habetur scriptum in cartis, sed ut spero in celis, hic annotare non potui. Attamen sue sollertis vestigia vigilancie reliquit. Nam a predicto apostolico Gregorio privilegium impetravit, in quo idem papa monasterium scti Jacobi in Stetin, personas et res eiusdem sub protectionem S. Petri recepit. Datum Anagnie tercio Idus Octobris, anno pontificatus sui VII<sup>o</sup> hoc est anno supradicto, cuius privilegii copia habetur supra folio vicesimo. Circa idem tempus Barnym primus dux Stetinensis deputavit ecclesiam S. Jacobi Teutonicis et ecclesiam S. Petri Slavis sc. anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XXXVII<sup>o</sup>.

1) muss heißen monasterio.

2) Die Zahlen sind hier nicht ausgefüllt. Diese Urkunden stehen auf f. 2, 3, 4 der Handschrift. —

3) Siehe die Urkunde im Codex Pomeraniæ diplomaticus p. 145. —

Item anno sequenti sc. XXXVIII<sup>o</sup> contulit Hardmundo abbati S. Michaelis in Babenberg omnes ecclesias parrochiales in Stetin edificatas et in futurum edificandas. Item eodem anno idem dux confirmavit ecclesie S. Jacobi villam Mandelkow et donacionem ipsius a suis progenitoribus factam approbavit et ratam habuit. Item idem dux anno XLIII<sup>o</sup> contulit nobis VI mansos in campo Stetin cum omni proprietate liberos et redditus XXXIV mansorum, de unoquoque manso dimidium fertonem ad prioratum ecclesie S. Jacobi in Stetin. Facta sunt hec cum consensu Conradi secundi episcopi Caminensis, qui ponitur in predictis quatuor privilegiis pro teste principali. Ubi autem hec privilegia habentur vide supra folio<sup>1)</sup>, ubi agitur de Barnym.

Anno Domini MCCLXII<sup>o</sup> Fredericus abbas et conventus monasterii nostri babenbergensis alienaverunt XIII mansos in Mandelkow, quos dederunt Marquardo Wussowen militi in tytulum pheodi, ita quod ipse Marquardus ecclesie S. Jacobi debetesse vinco astrictus et fratres eiusdem ecclesie pro posse promovere ac eisdem euntibus ad monasterium suum babenbergense utiliter de equo, qui commode equitari possit, providere et alia servicia consueta facere. Huius litera habetur apud nos, habens sigilla Abbatis et conventus. Datum anno supradicto III<sup>o</sup> Ydus Aprilis.

Anno domini MCCLXVIII<sup>o</sup> sub Clemente quarto presedit huic ecclesie S. Jacobi prior nomine Teyno, ut patet in conquestu, quod idem prior Teyno contra Johannem plebanum S. Petri et canonicum beate virginis super gravamine et preiudicio sibi in parochia sua facto ab eodem Clemente papa quarto impetravit. Datum autem fuit Viterbii Ydibus Novembris, pontificatus eiusdem anno tercio, hoc est anno predicto. Hanc litem Hinricus episcopus Caminensis terminavit parochias distinguendo, ut patet in litera eiusdem episcopi hoc modo.

Hinricus dei gracia Caminensis ecclesie episcopus omnibus in perpetuum. Quia generacio advenit et generacio preterit, expedit et necesse est ut acta presencium scripture testimonio ad noticiam perveniant futurorum. Hinc est quod notum esse cupimus universis tam presentis quam futuri temporis, quod cum inter rectores ecclesiarum S. Jacobi et S. Petri civitatis Stetin nostre dyoecesis super limitibus parochiarum earundem coram iudicibus a sede apostolica delegatis, questione dudum suborta, diutius litigatum fuisset et hinc inde succrescerent partibus immensi labores et expense, nos volentes non solum indemnitatibus ecclesiarum, verum etiam personarum providere quieti, maxime cum nostra intersit unire, dividere et distinguere ecclesias nostre iurisdictioni subiectas; consilio prelatorum nostrorum adhibito, litem eandem decrevimus dirimendam, statuente, inviolabiliter observari volentes, ut hic, qui habitant ad dexteram manum vie, que est inter domum Conradi, dicti Coufman directe usque ad domum angularem H. dicti de Schonenwerder, et sic descendendo usque ad valvam, que vocatur Molendor, quidquid ad dexteram est usque ad fossatum castri, ad S. Petrum volumus pertinere; quidquid vero ad sinistram, ad S. Jacobum pertineat ibidem ecclesiastica sacramenta requirendo. Volumus etiam, ut omnis controversia inter dictas ecclesias per hanc nostram distinctionem ammodo penitus quiescat et utraque suis terminis sit contenta. Testes huius ordinacionis sunt honorabiles viri magister W. de Misna vicedominus, Jo. decanus, H. custos, dominus H. Canonicus nostre ecclesie, guardianus et fratres ordinis Minorum Stetinenses, Gobel marschalcus, Koder, milites, H. Schultetus, universitas consulum Stetin et alii plures fide digni. In cuius

1) Auch hier ist eine Lücke für die Zahl gelassen. Die Urkunde steht auf f. 4, 5, 6 der Handschrift. s. Codex Pom. dipl. p. 551 ff., p. 573 — 75.

rei evidens testimonium presentes litteras nostri sigilli impressione fecimus communiri. Datum Stetin anno domini MCCLXIII<sup>o</sup> X<sup>o</sup> Kal. Augusti.

Albertus primus, prior ecclesie S. Jacobi in Stetin presedit anno domini MCCXCVI<sup>o</sup>. Huius tempore primo disparitas religionis in ecclesiam nostram fuit introducta, quia sub ipso vicarie primo fundari ceperunt. Quarum primam fundavit Johanes Wussow pie memorie, cive Stetinensi, cum consensu predicti Alberti prioris S. Jacobi in Stetin et Eberhardi abbatis S. Michaelis in Babenberg, in capella, quae adhuc hodie dicitur der Wussowen capellen. Et senior de progenie Wussow cum consilio consulum presentabit et prior conferet hanc vicariam. Altarista debet in choro cottidie matutinis et vespers interesse et unam missam singulis diebus continue celebrare. Fundata est autem anno predicto scilicet MCCXCVI<sup>o</sup> ut patet in littera fundacionis eiusdem.

Conradus primus, prior presedit huic loco anno domini MCCC<sup>o</sup>. Cum isto habuit lites iustissimas dux Otto pie memorie, dux Stetinensis ex eo quod ipse prior in divino officio ecclesie S. Jacobi conventum duodecim personarum religiosarum secundum statuta eius primeva non habuit, tandem eidem liti renunciavit et domino abbati et conventui in Babenberg liberam optionem dedit associandi priori monachos socios quodquod voluerint. Insuper confirmavit omnia bona a suis progenitoribus monasterio in Babenberg data, ut patet in privilegio ipsius domini Ottonis, quod datum est eodem anno, scilicet MCCC<sup>o</sup> et habetur supra folio sexto. Predictum privilegium fecit dominus Conradus prior confirmari per Hinricum episcopum Caminensem anno domini MCCCIII<sup>o</sup>, ut patet supra folio septimo. Sub isto priore fundate sunt vicarie sc. S. Johannis baptiste ab inclita domina Methylde, ducissa Stetinensi et Johanne Gudersleve anno domini MCCCVI<sup>o</sup>. Item S. Pauli, quam fundavit Hinricus de Perleberch, cive Stetinensi anno domini MCCCX<sup>o</sup>. Predicta vicaria cum suis redditibus videlicet XXIII marcaram incorporata est predicature sive predicatori ecclesie S. Jacobi tamquam manualis distribucio, ut quamdiu aliquis in officio predicatoris permanserit, predictos redditus percipere et in usum suum valeat habere et non ultra. Acta sunt hec a Sigifrido episcopo Caminensi sub Degenardo priore, ut infra patebit.

Everhardus primus, prior presedit huic loco anno domini MCCCXVI<sup>o</sup>. Hic eodem anno fecit incorporari per dominum Hinricum episcopum Caminensem ecclesiam ville Mandelkow cum villa Karow ecclesie S. Jacobi in Stetin, dando eidem domino Everhardo priori et suis successoribus locandi, officiandi, gubernandi et regendi pefatam ecclesiam in Mandelkow, qua vacante contigerit per se aut per alium (aut) perpetuum vicarium in eadem ecclesia constituendi plenam et liberam potestatem. Huius incorporacionis privilegium habetur supra folio nono. Hic prior contulit progeniei de Brakel in pheodum VIII mansos in Mandelkow cum annexis eisdem. Item contulit eisdem censum super XII mansos in agro civitatis Stetin, super quolibet manso dimidium fertonem argenti absque servicio anno domini MCCCXVII<sup>o</sup>. Idem prior contulit Johanni et Petro Wussow suisque veris heredibus XXIX mansos in villa Mandelkow et quatuor in pheodum, ita quod prior presidebit super homines residentes in illis, mansis et de illis, sed de aliis in illa villa residentibus iudicabit. Actum anno domini MCCCXVIII<sup>o</sup>. Sub hoc priore Euerhardus Vinitor cum Hinrico et Bertholdo fratribus fundaverunt vicariam latorum ad altare S. Laurentii anno domini MCCCXIX<sup>o</sup>. Jus patronatus habet fraternitas latorum.

Theodericus primus, prior presedit huic loco anno domini MCCCXXVI<sup>o</sup> et eodem anno cum eius consensu Fredericus et Mattias fratres dicti de Naderenze fundaverunt vicariam S.

Mattie apostoli cum proprietate XXII marcarum et est in capella beate virginis. Collacio eiusdem vicarie apud priorem S. Jacobi iugiter permanebit.

Fredericus primus, prior presedit huic loco anno domini MCCCXXVIII<sup>o</sup> ut habetur in duabus litteris sigillatis, in quibus vendidit quatuor mansos in Mandelkow. Sed predicta vendicio non valuit ab inicio et ergo non venit ad effectum. Hec habentur in duabus litteris predicti prioris sigillis sigillatis, sed quia in eisdem fratres sui monachi de vicio paupertatis immaniter notantur, ideo sigilla abscondi et litteras fregi, ne in posterum aliis monachis huius loci occasio scandali et dampnacionis oriatur.

Albertus secundus, prior presedit huic loco anno domini MCCCXXX<sup>o</sup> et eodem anno fundata fuit vicaria beate Marie virginis et S. Ottonis in ecclesia S. Georgii extra muros civitatis Stetin a fratribus de Kalendis, idem cum consensu ipsius Alberti prioris tali facto, quod decanus ipsorum fratrum cum duobus senioribus fratrum personam abilem et ydoneam ad praeessendum dicto altari Priori et suis successoribus pro investitura recipienda, quociens vacare cepit, presentent et prior eundem sic canonice presentatum de accessu altaris eiusdem tenetur investire. Si vero infra mensem negligentes fuerint, et extunc collacio altaris predicti ad priorem et suos successores illa vice devolvitur. Item huius fundacionis littera est transumpta per Reynerum, prepositum ecclesie S. Marie in Stetin ad petitionem fratrum de Kalendis S. Georgii et habet sigillum eiusdem Reyneri, habens ymaginem beate virginis Jhesum in synu habentis cum ymagine geniculantis et armis eiusdem Reyneri et habetur inter privilegia nostra. Sub isto Otto primus et Barnym tercius filius eius duces Stetinenses contulerunt ecclesie S. Jacobi quatuor mansos ad prefecturam in villa Mandelkow iacentes cum pactu, proprietate et precaria, curruum serviciis et cum omnibus limitibus, libertatibus, iuribus et utilitatibus, quocumque censentur nomine et debent gaudere libertate a canone concessa, ceteris rebus ecclesiasticis ut patet in duobus privilegiis predictorum dominorum Ottonis et Barnym ducum Stetiniensium. Datum anno MCCCXXXVII<sup>o</sup> et habentur supra foliis X<sup>o</sup> et XI<sup>o</sup>. Hic Albertus fecit confirmari predicta privilegia Ottonis et Barnym donacionis quatuor mansorum in Mandelkow per dominum Fredericum episcopum Caminensem et habentur supra folio duodecimo. Factum est hoc anno sequenti sc. XXXVIII<sup>o</sup>. Sub hec fundate sunt vicarie videlicet S. Nicolai gylde velificatorum anno domini MCCCXXXII<sup>o</sup>. Item prime misse per Johannem Monetarium consulem in Stetin cum consensu etiam Walteri abbatis monasterii babenbergensis. Hanc consules conferunt in XV diebus, alias prior conferet; fundata est anno MCCCXXXVIII<sup>o</sup>. Anno sequenti XXXIX<sup>o</sup> fundate est vicaria sanctorum Michaelis, Stephani, Ottonis et decem milium militum per Wernerum Wytten civem in Stetin cum redditibus XIII marcarum in moneta, theloneo et ungeldo civitatis Stetiniensis. Jus patronatus spectat ad priorem ecclesie S. Jacobi et debet conferre infra mensem immediate. Item vicaria beati Mattie et Barbare anno XLV<sup>o</sup> fundata est per Johannem de Politz, consulem in Stetin, cuius collacio pertinet ad priorem S. Jacobi et debet conferri infra mensem. Huius fundacionis littera habetur. Sub eodem priore anno XLVII<sup>o</sup> orta et iniciata est fraternitas Kalendarum in ecclesia S. Jacobi. Hic idem prior fecit confirmari omnia bona ecclesie nostre anno domini MCCCXLVI<sup>o</sup> per pie memorie dominum Barnym, tercium ducem Stetiniensem. Sedit idem prior sub Frederico episcopo Caminensi et Waltero abbate babenbergensi et resignavit.

Fredericus secundus dictus de Lubetingen successit Alberto secundo, cuius nec tempora nec acta habentur, nisi quod successor Conradi, Hinricus fecit mencionem ipsius in instrumento



litis super ecclesiam Mandelkow, allegans ipsum dominum Albertum, praesentem Fredericum et suum successorem Conradum, ecclesiam parochialem in Mandelkow pacifice possedissee. Vide ibidem in instrumento predicto litis.

Conradus secundus, dominus de Wartheym successit predicto Frederico ut in predicto instrumento litis super ecclesiam in Mandelkow ipsius eciam facit mencionem Hinricus, eius successor, narrans ipsum predictam ecclesiam pacifice possedissee.

Hinricus primus, prior presedit huic loco anno domini MCCCLXI°. Hic fecit confirmari anno domini MCCCLXXV° per dominum Swantoborum, ducem Stetinensem omnia bona ecclesie nostre, ut habetur in privilegio supra folio XVI. Item eodem anno Otto abbas in Babenberg contulit Hinrico et Gerardo Roden, civibus in Stetin et eorum heredibus V mansos in Mandelkow et XXX solidos in taberna ibidem. Huic priori concessit idem abbas, quod fratres recipere et habitare possit ad ordinem in prioratu Stetin, item quod beneficia conferret fratribus nostri ordinis religiosi, ut habetur in littera, sigillis abbatis et conventus sigillata quae data est anno domini MCCCLXV°. Sub hoc priore eodem anno Bertholdus Stenwer, scolasticus ecclesie beate virginis cum magistro Johanne Blyder rectore scolarum violenter rapuerunt funus in ecclesia S. Jacobi in presencia plurimorum, quod prior Hinricus seriose ad memoriam perpetuam revocavit. Factum est sub Urbano quinto, papa anno eius tercio. Sub isto priore fundate sunt vicarie videlicet sanctorum Philippi et Jacobi eodem anno per Arnoldum Raschemaker, cuius collacio spectat ad dominum priorem ecclesie S. Jacobi et consules civitatis Stetinensis alternatis vicibus et debet infra mensem vel duos conferri et habetur littera apud nos. Item vicaria S. Theobaldi lanificum anno LXIII° pro secunda missa, seniores gylde lanificum presentabant et prior conferet. Item anno LXVII° vicarie due, una in honorem sanctorum Leonardi et Egidii, altera in honorem angelorum, Margarete, Dorothee pro quarta missa a discretis viris, consulibus civitatis fundantur, quarum collacio apud priorem et consulatum iugiter permanere debet. Item due vicarie ab eisdem fundantur, una in honorem S. Marie virginis et S. Johannis baptiste, alia in honorem Gregorii et Ambrosii eodem anno pro septima missa, quarum collacio ad consulatum pertinet. Item fundatur vicaria S. Dorothee, S. Yonis ab Alheyde, relicta Tydemanni Westvali anno MCCCLXXX°, cuius collacio post mortem heredum ad priorem et consulatum alternatis vicibus spectat. Item vicaria S. Dorothee, Bartholomei a Johanne Malchow, cive Stetinensi, cuius collacio ad priorem et seniores gylde latorum pertinet anno LXXIII°. Item vicaria S. Petri et Pauli ad S. Georgium fundatur anno domino MCCCLXV°. Cuius collacio spectat ad priorem S. Jacobi, ut patet in transsumpto domini Hinrici Paelborn, prepositi Stetinensis, dato anno domini MCCCLXXIII°, quod transsumptum apud nos habetur. Idem prior litigavit cum Theoderico Beyer, presbitero super ecclesiam in Germen sub Urbano papa quinto, anno eiusdem tercio, hoc est anno MCCCLXVI°. Obiit hic in loco et Johannes successit.

Johannes de Seckendorf, prior successit ut, patet in quadam missiva, quam scripsit Ottoni abbati babenbergensi circa annum domini MCCCLXXVI de fratribus minoribus ut in eadem littera, de qua hic aliquid scribere curavi propter futuram noticiam. Scribit autem sic: Gravissimam litem inveni intentatam contra gardianum et fratres minores in Stetin et lis pendet inter nos et ipsos in quodam oppido appellato Gustowe coram thesaurario ecclesie ibidem et oportebit ut teneamus illam litem, si voverimus destructionem ecclesie evitare. Nam fratres predicti intromittunt se de iuribus parochialibus, visitant infirmos, ordinant testamenta et sepulturas et retrahunt homines de parochia. Quartam de funeralibus dare nolunt, prout in

iure est expressum. Tamen spero iuxta dicta iuris peritorum bonum finem reportare. Predicti fratres citaverunt prefatum dominum Hinricum, dum vivebat in Hildessem, ubi adhuc oportebit me mittere nuncium ad intimandum iudici mortem ipsius. Hec ibidem. Idem scribit se pro litteris institutionis dedisse XX marcas denariorum Stetinensium. Item scribit, se invenisse debita relicta per dominum Hinricum predecessorem suum, que se extendunt ad ducentas marcas LIII denariorum currentis monete. Item scribit annuatim sublevandos XIII choros frumentorum et redditus VIII solidorum dumtaxat et quod reliquam annonam cum pecunia, que derivari poterit de villa Mandelkowe, cuius summa se extendit ad C talenta, tollit dominus dux quolibet anno et quidquid vobis sc. abbati numme(?) iurat servare. Et illi de Wussow et alii dicti Roden tollunt reliquum. Hec in predicta littera inter cetera continentur.

Borchardus primus dictus de Dasbach prior presedit huic loco anno domini MCCCLXXIX<sup>o</sup>, ut patet in fundacione secunde vicarie in capella S. Dorothee, fundate in honorem eiusdem virginis, S. Yvonis et omnium apostolorum ab Alheyde relicta Thidemanni Westrali anno eodem, cuius collatio post mortem heredum spectat ad consulatum. Anno seculi LXXX<sup>o</sup> fit mencio de eodem in quodam instrumento, quo porte vicarii vicarie lanificum. Hic anno domini MCCCLXXXIII<sup>o</sup> fecit vidimari per dominum Hinricum Palborn prepositum Stetinensem fundacionem vicarie sanctorum Petri et Pauli in capella S. Georgii, cuius ius patronatus ad nos pertinet. Hic habuit lites cum canonicis ecclesie S. Ottonis qui nostra parochia se de administracione sacramentorum intromiserunt et fuit terminata huiusmodi lis anno predicto ut patet in litera desuper confecta, cuius tenor sequitur et est talis<sup>1)</sup>.

In nomine domini Amen. Nos Hinricus Palborn Dei gracia prepositus Stetinensis, Petrus de Sundis thesaurarius ecclesie S. Marie in Stetin, electi in arbitratorese seu — compositorese ab honorabilibus viris decano et capitulo ecclesie S. Ottonis in Stetyn parte ex una, nec non a reverendo viro domino Burchardo de Datzbach, priore ecclesie S. Jacobi in Stetyn nomine ecclesie antedictae parte ex altera — — — precipimus et declaramus, ne decanus ecclesie S. Ottonis nec quisquam alius de membro ecclesie memorate egrotantes vel languentes laycos nec de domini nostri ducis familia seu curia ex parochia ecclesie S. Jacobi infirmantes de cetero cum sacramento eukaristie ac sacre unccionis nec confessionibus audiendis visitare presumat, nisi fuerit de domini prioris licencia speciali; eo precepto, si aliquem canonicorum vel alium de membro ecclesie S. Ottonis presbiterum in parochia S. Jacobi infirmari contingeret, hinc si requisiti fuerint, poterunt et debent ministrare ecclesiastica sacramenta et si idem in parochia ecclesie S. Jacobi egrotans debitum carnis exsolverit, vigiliis in parochia supradicta minime decantabunt, sed potius funus in ecclesiam S. Ottonis deferant, ibidem, si placuerit, vigiliis cantaturi. — — — Datum Stetyn anno domini MCCCLXXXIII<sup>o</sup> octava Innocentium, presentibus discretis viris vicedomino Vrederico de Swartzenborch ordinis S. Benedicti, nec non domino Petro Cropelyn vicario apud ecclesiam S. Jacobi.

Hic etiam habuit lites cum canonicis beate virginis super insula Lastadien anno sequenti LXXXVIII<sup>o</sup> uti patet in instrumento desuper confecto, cuius tenor sequitur<sup>2)</sup> et est talis: Im Jahre 1384 am 26. Februar, in der 3. Stunde klagten Hinricus prepositus, Hermannus scolasticus, Franciscus cantor, Petrus thesaurarius, Johannes de Eychstede, Johannes Bernhaghen und

<sup>1)</sup> Ich gebe hier nur den wesentlichen Inhalt dieser und der meisten der nun folgenden Urkunden wieder.

Michael Blide, Canoniker der Marienkirche zu Stettin, durch ihren bestellten Procurator Michael Blide vor Magister Johann Stephan, dem Provinzial-Official der Caminer Curie und in dessen Wohnung, dass Borchard, der Prior der Jacobikirche, ihren Pleban und Vicepleban an der Ausübung der Sacramente auf der Lastadie hindere, da doch die Bewohner dieser Insel (Insula trans Odoram ex opposito civitatis Stetyñ versus oppidum Dam, ad quam patet via per longum pontem) nebst den Bemannungen der dort ankernden Schiffe seit 60 Jahren zu der Parochie der Marienkirche gehörten und bitten dem Prior von St. Jacobi solches Hindern zu legen. Dagegen protestirt Prior Borchard, da seit unvordenklicher Zeit die Lastadie zur Parochie der Jacobikirche gehöre und bittet dieser Klage keine Folge zu geben. Presentibus discretis viris dominis Petro Kröpelyn, Engelberto iuniore, Johanne Wittenborch presbiteris et Johanne notario domini prioris et Nicolao Kedinck et Hinrico Uckermunde una cum pluribus aliis ad premissa vocatis. Illis sic habitis a iudicio hinc inde recesserunt. Dieser Bericht ist beglaubigt durch Unterschrift des mit kaiserlicher Autorität für die Caminer Diöcese bestellten Notars Christian Kempe, eines Lübeckers von Herkunft.

Sub hoc priore fundate sunt plures vicarie sc. beati Bartholomei apostoli et S. Katherine virginis per Bartoldum Lippene ac dominum Nicolaum fratrem eius anno domini MCCCLXXXII°. Item anno LXXXIII° fundantur tres vicarie, una Sanctorum decem milium militum, Gregorii, Ambrosii et undecim milium virginum per Nicolaum Snerberch in capella ad dextram euntibus ad forum carbonum. Item vicaria Sanctorum Erasmi, Fabiani et Sebastiani ab Hinrico et Gerhardo fratribus dictis Roden et a Bernhardo Molner, cuius collacio spectat ad progeniem Grabow et altare modo est sub turri. Item anno sequenti fundatur vicaria Sanctorum Petri et Pauli in magna capella retro chorum per Martinum Nyenkerken consulem et Walburgem, uxorem eius. Cuius collacio spectat ad consulatum. Anno seculi LXXXIII°. Item anno LXXXVI° fundatur vicaria Sanctorum Thome, Stephani, Erasmi, Katherine et Angnetis per Engelbertum Lemgow et Alheydem uxorem eius in capella circa chorum. Item vicaria Sancti Jodoci in capella, que est a sinistro magne capelle retro chorum per Rudolfum Boek et Sophiam uxorem eius. Item vicaria S. Barbare super turrin ab Alberto Hogenhold eodem anno seculi LXXXVI° fundatur.

Bertholdus primus dictus de Erla prior presedit huic loco anno domini MCCCLXXXVII° ut patet in fundacionibus trium vicariarum que illo anno sub ipso fundate sunt, vicaria S. Marci, quam fundavit Albertus Sundach et est in capella altaris retro stalla chori versus dotem. Item vicaria Sanctorum Stephani et Andree in capella que in medio capellarum sutorum et pistorum circa chorum. Item vicaria commemoracionis fidelium in capella sutorum, ad quos spectat eiusdem vicarie collacio.

Albertus tercius dictus de Helbe prior presedit huic loco anno domini MCCCXC° ut habetur in littera domini Hinrici militis, Petri et Johannis dictorum de Wussow, in qua iidem conferunt ipsi Alberto priori et suis successoribus ius patronatus vicarie exulum post mortem et nomen suorum heredum masculini sexus. Hier folgt die Urkunde in niederdeutscher Sprache.

Sub hoc priore fundata est vicaria beate Marie virginis ante chorum ad dextram descendantibus de choro a domino Wilhelmo Roden presbytero anno MCCCXCII°, cuius collacio ad consulatum pertinet.

Fredericus tercius dictus Swartzenborge prior presedit huic loco anno domini MCCCXCIII°, ut habetur ex litera domini Hinrici militis et Petri Schulteti in Stetyñ, condictorum fratrum de

Wussowen, qua pro se et suis heredibus contulerunt ipsi Frederico priori et suis successoribus ius patronatus predicti altaris exulum. Dann folgt diese Urkunde in niederdeutscher Sprache, darin die von Wussow bekennen, dass sie „deme erbaren manne und heren her Frederike prioren der Kerken Sunte Jacobes to Stetyn de leynware des altaris, dat dar ys ghestedyghet und ghebuwet yn der sulven Kerken, in dat loff und eren unse leven vruwen, des hylgen crutzes und sunte Katherinen und dar de pryster und vicarius des altares mot erdighen de doden lychamen der elenden und mot se beghan met vilgen, zylnissen und commendacien, also wenne wy vornumeden Wussowen und alle unse eheliken rechten erven menlykes schlechtes alle vorstorven und dot syn, dat denne de erbare here dy prior vornumed offte syne nakomelynghe datsulve altar unde vikaryen, wen yd los werd, vullenkomene macht schal to vorlyeghende hebben durch god, weme he sulven wyl und dy prister, de dar ys vicarius des altaris, de schal dem vorbenumeden priore horsam und underdanich syn yn allen moghelyken, erbarn zaken. Ghegheven yn deme daghe sunthe Nicolaus des hylgen biscopis gades.“ 1393.

